



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 115. Promotio Cardinalium a Gregorio facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

carcere eos punire præplacuit. Quia Sæcul. XV.  
A.C. 1408.  
vero hi captivi elapso termino necdum in libertatem asserti fuerant, querelas suas ad Reginam, & Aquitaniæ Ducem detulerunt, a quibus illi eodem adhuc die, delegata Judicum auctoritate penitus revocata, Episcopo tradi jussi sunt, cui quantum ad schisma spectat, cognitio causæ demandata est, quantum vero ad crimen læsæ Majestatis, cujus postulabantur, Senatus Regii judicio relictæ fuerunt. Nihilominus integro adhuc Mense in Episcopali carcere detinebantur, quo tempore evoluto Episcopus eos, qui de gremio Capituli Ecclesiæ Cathedralis erant, libertate donavit, Abbate sancti Dionysii & Vapicensi Episcopo in custodia adhuc hærentibus. Ubi vero Regina, Aquitannus, Bituricensis, & Burgundus comperiebant, quod potius ex Judicum pertinacia, quam æquitatis studio detinerentur, eos liberarunt, & ad sua redire concesserunt.

## §. CXV.

*Promotio Cardinalium a Gregorio facta.*

Gregorius, quantum in ipso erat, ad partes suas firmandas, aut saltem ad jacturam, quam suorum Cardinalium de- Raynald. ad  
ann. 1408.  
n. 59.

Sæcul. XV.  
A.C. 1408.

fectione perpeſſus eſt, reparandam ſtudia ſua convertens, feria quarta die decima nona Septembris novem creavit Cardinales, nempe Ludovicum Bonnetum (\*) Juris Doctorem & Archiepiſcopum Tarentinum, Cardinalem Presbyterum tit. S. Mariæ Trans Tyberin; Angelum Episcopum Recinetensem tit. S. Stephani in monte Coelio; Angelum Barbaricum nobilem Venetum Episcopum Veronenſem tit. S. Petri & Marcellini; Bandellum de Bandellis Luccæ oriundum, Episcopum Tiferneſem, alias *Citta di Caſtello*, Cardinalem Presbyterum tit. S. Balbinæ; Philippum Rapindonem, ſeu Rapington Anglum, Oxoniensis Univerſitatis Cancellarium, & poſtea Lincolnienſem Episcopum Cardinalem Presbyterum tit. SS. Nerei & Achillæi; Matthæum Episcopum Wormatiensem, Cracoviæ oriundum, Cardinalem Presbyterum tit. S. Cyriaci; Lucam Manzoli Florentinum ex ordine Humiliatorum Episcopum Feſulanum, Cardinalem Presbyterum tit. S. Laurentii in Lucina; Vincentium de Rives Hispanum, Juris Doctorem, & Montis Serrati Priorem, Cardinalem Presbyterum tit. S. Anaſtaſiæ; Petrum Morſinum

(\*) Hunc Raynaldus, Paggius, pluresque alii vocant Brancacium.

num, seu Maurocenum nobilem Venetum, Sæcul. XV.  
A.C. 1408.  
Cardinalem Diaconum tit. S. Mariæ in  
Cosmedin.

## §. CXVI.

*Utriusque Collegii Cardinalium Epistola ad Carolum.*

Antiquiores Gregorii Cardinales Liburnum petunt, sua quoque cum Cardinalibus Benedicti studia collaturi. Igitur utriusque obedientiæ Collegiis ita congregatis secundum præsentem rei statum, quid agendum, deliberant. Ante omnia literas perscribunt ad Galliarum Regem Parisiensi Universitati inscriptas. In iis Carolum VI adhortantur, ut omni sua, qua pollet, auctoritate, ac potentia ad tam sanctum, piumque opus, quale esset schismatis extirpatio, juncta cum illis opera concurreret. Hanc Epistolam Patriarcha Alexandrinus in Gallias detulit, aliamque ex parte Regis Cardinalibus reddidit.

## §. CXVII.

*Epistola Cardinalium Gregorii ad Brunswicensem, & Luneburgicum Duces.*

Cardinales Gregorii ad Duces quoque Brunswicensem, & Luneburgensem, Spicil.tom.  
Vl.p.190.  
qui